



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119185**

§. 36. Francisci Mariæ Machiavelli Cardinalis fata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](#)

**Sæc. XVII.** Ecclesia S. Mariæ de Victoria Carmelitana. A. C. 1653 litarum Discalceatorum, ubi aram, & ante aram tumulum mortalitatis suæ custodem vivus posuerat, atque in honorem Divæ Theresiæ elegantissimum Sacellum suo ære erexerat.

## §. XXXV.

*Fausti Poli Cosciæ Cardinalis decessus.*

*Ughel. Ital. Sacr. Ciacon. in vita Urb. VIII.* Hunc quarto post Mense sequebatur Faustus Polus Coscia patria Camerino, qui post varios casus in patria sua exantlatos Romanam profectus, ab Urbano VIII. Palatii Apostolici Praefectus, intimus Pontificis Cubicularius, & Amasiensis Archiepiscopus nominatus, ad comitandam Mariam Hungaricæ Reginam Nuntius decernebatur. Demum vero Cardinalium Collegio adscriptus, Urbevetanam Ecclesiam Episcopus per novem ferme annos summa diligentia rexit, ubi etiam anno ætatis suæ septuagesimo septimo Purpuram cum vita exuit.

## §. XXXVI.

*Francisci Mariæ Machiavelli Cardinalis fata.*

Sequen-

Sequentis Mensis Novembris die vige- Sæc. XVII  
sima pariter æternitatis viam ag- A. C. 1653.  
gressus est Franciscus Maria Machia-  
velli Patritius Florentinus. Hic hu- *Ciacon. l.c.*  
manioribus literis apprime imbutus,  
tam sedulam Jurisprudentiæ operam  
navabat, ut adolescens ab Urbano VIII.  
Basilicæ Vaticanæ Canonicus, & Rotæ  
Romanæ Auditor nominaretur: Sel-  
gebatur quoque, ut unacum Cardinale  
Ginetto Legato Apostolico Coloniam,  
pro universali pace stabienda Nuntius  
mitteretur, Patriarchæ Constantinopo-  
litani titulo honoratus. Postea ad Fer-  
rariensem Episcopatum, necnon ad Car-  
dinalatum electus Romam ad Inno-  
centii X. comitia contendit, inde vero  
ad suam Ecclesiam reversus, paulopost  
annos natus nonnisi quadraginta tres  
ibidem decessit, non sine ingenti Cleri-  
gregisque sui mœrore.

§. XXXVII.

*Dominicus Pimentellus Cardinalis  
mortuus.*

Postremus inter Cardinales, qui hunc *Ciacon. in  
annum vitæ suæ exitialem habuere, vita Inno-  
erat Dominicus Pimentellus natione cent. X.*  
Hispanus, qui ex Ord. S. Dominici ad  
Oxonensem, tum Cordubensem ac postea  
Hispalensem Ecclesiæ assumptus, sem-  
per